

513,1
EXCELLENTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. FRANCISCO
DE ALMEIDA,
CANONICO S. B PATRIARCHALIS
Inaugurato.

VERSIO LATINA.

LÆTIOR haud unquam pulsavit pectine chordas
Rapta ve latitiæ cecinit mea Musa , calente
Cum modo concipiens immensos pectori plausus
Clare Almeida , Orbi reserat tua numera vasto.
Cum tibi sacrantur , non me sententia fallit
Haud posse humanam tanto se extollere vocem:
Gaudia sed faciunt si vincula solvere lingue ,
Cur erit elinguis tanto mea munere Musa ?
Infusa , quam merito dignis splendoribus auges ,
Si niveis augusta ornat tua tempora vittis ,
Mens procul attendit divino concita motu ,
Augurat illa Sacram ventura etate Tiarant.
Ille Maro Lusus , qui carmine clarus , & armis
Æterno natale solum cumulavit honore ,
Ipse Tagi Almeidas lugentia lumina pingit ,
Auriferis facundat agros qui sapientis undis.
At tua facta videns , illis & jure superbus
In plausus vertit suspiria masta beatos :
Explicat hoc fastum , gelidae non tempore bruma
Cum pelago major pelagus violentus inundat.
Non tantum fluvio , qui mania lambit Ulyssis ,
Ast etiam , Luso Sceptro qui subjacet , Orbi ,
Splendorem accumulas ; Phæbo magis ipse coruscas
Lumine facundo , vel docta Palladis arte.

Illita non audis vano mendacia fuco ,
Blanditias ve cano , tibi quas mea carmina solvunt ;
Vera loquor , maiora fero , verissima dicent
Tot Socii , quos Lusa colit doctissima Athenas.
Omnibus bac poterunt suadere volumina docta ,
Qua tua conscripsit facundo dextera more :
Illis invenient gratum cum nectare gustum ,
Inveniet que simul , qui legerit , utile mixtum.
Plausibus at quantis resonat gens Lusa , benignus
Cum Rex designat Socium te muricis alti ?
Stemmata si Patrum propriis virtutibus aquas ,
Progeniemque tuo maiorem stemmate reddis ?
Ostia per septem fluviorum Patris ad instar
Oceanii maiora facis properare fluenta :
Instrumenta mihi totidem si fata dedissent
Non poteram laudum pelagus sulcare tuarum.
Qui velit immensum spatium percurrere , quisquis
Audeat humana quantus sis noscere mente ,
Est opus ut vastum quo Phæbus duplicat umbras ,
Percurrat spatium quo gurgite surgit Eoo.
Spiritus hisce tuus virtutibus inclytus extat ,
Pulchri sunt illæ lapides , stabilesque columnæ ,
Queis super astra petunt , radient ut munera summo
Digna viro , firmae Palatia molis , & artis .

D. J. B. C. R.